Fragmentarium

In adventu dñi. Dñica. j.

Ad te levavi animam meã deus meus in te confido nõ erubescam neq; irrideant me inimici mei etenĩ universi qui te expectant nõ confundentur. ps. Vias tuas dñe demonstra michi et semitas tuas edoce me. Glia pri. Kyriel'. Gloria in excelsis. nõ de.

Excita dñe quesumus potentiam tuam. Collecta et veni. ut ab imminentibz peccõr nrõrum periculis te mereamur protegente eripi te liberante salvari. Qui cum patre. Lc'o. Ad Romanos.

Fratres. Scientes quia hora est. iam nos de sompno surgere. Nunc enim propior est nra salus; quã cũ credidimus. Nox precessit: dies autẽ appropinquabit. Abiciamus ergo opa tenebrarũ. et induamur arma lucis: sicut in die honeste ambulemus. Non in comessationibz et ebrietatibz: nõ in cubilibz et impudiciciis.

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. Ser. n. 2742, 00000006 – Missale (https://fragmentarium.ms/view/page/F-8pkf/144/2438)